



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

alius consilij capiendi causa. n. 546.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

## De Restitutione Boho-

rum Famæ &amp; Honoris.

## CONFERTIA. CIV.

**A**Liquis non intendit famam proximi laedere,  
sed ex mera loquacitate narrat ejus peccata  
defectus, ex quo ejus fama graviter laeditur  
an peccet mortaliter.

**R.** Affirmative. Ratio est : quia licet tali  
non intendat directe famam alterius laedere  
intendit tamen indirecte, hoc ipso, quod libe-  
re velit id, ex quo sequitur.

546.

## CONFERTIA. CV.

**A**lius crimen alterius occultum manifestat  
consilii capiendi causa, ut scil. sibi vel ale-  
ri consulat, aut levamen aliquod vel solatum  
accipiat ab amico, cui refert, afflictionem  
suam injustam : an is etiam peccet mortali-  
ter ?

**R.** Resp. si absit omne odium ac pravus affectus  
non esse peccatum, saltem mortale. Ratio  
est : quia talis videtur uti jure suo, cum nemo  
obligetur cum tanto gravamine occultare  
defectus proximi sui. Nimis durum enim el-  
lerit, acceptas ab alio injurias, absque ulla  
querimonia intus concoquere. Cæterum ca-  
vere is debet, ne pluribus referat, quam opus

fit ad consilium vel consolationem capiendo-

## CONFERENTIA. CVI.

TERTIUS revelat peccatum grave proximi viro prudenti ac bono, de quo habetur moralis certitudo, quod nemini alteri revelabit hujusmodi defectum; an is peccet mortaliter?

R. Cajet, 2. c. q. 73. a. 1. dub. 1. cum. aliis aliquot, negative? quia eentent hancesse levem detractionem & damnum inde exurgens exiguum. Verum probabilius affirmat Less. lib. 2. c. 11. dub. 11. & DD. comm. Ratio est: quia possidere bonam existimationem in animo Viri probi ac prudentis, est saepe majus bonum, quam possidere eam apud decem malos: ergo gravem injuriam ei intert, qui illum apud talem virum denigrat.

## CONFERENCE. CVII.

QUARTUS resert se audivisse hunc vel illum commisisse aliquid quod adhuc occultum est, absque asseveratione ita esse: quomodo is peccat?

548°

Resp. Si talis id faciat intendendo lassitudinem famae proximi, mortaliter peccare in materia